Nicolaum Laszkowszky plenipotentem suum Coram se fa:
ctis, bene intellectis diligenterque exanditis: forum
Competens esse adinuenit et cittato vlterius procedere
decreuit.
Quam sententiam et decretum prius pars cittata pro iu:
re non suscepit, nec in eodem acquiescere voluit verum
ab eo et Cum eodem Magnificum Joannem Firley a Dambro
wica Capitaneum Lublinen. ad judicia ordinaria Gnalia
tribunalia Regni Petricouiae proxime cellebranda
per ministerium Gnalem Regni Nobilem Joannem Tale:
sky mouit seu appellauit terminum ipsi senten:
tiae expurgandae sibi vero et parti Motionis et cau:
sae prosequendae, inter causas conseruatas Petri:
coviae in duobus septimanis vigore Constitucionis
Conitiorum proxime praeteritorum praefigendo.
Quam Motionem judicium praesens parti cittatae ad:
misit, terminum partibus modo praemisso inter cau:
sas conseruatas Petricouiae conseruando.

Inter eundem et Grabi onka Appellao

Proposuit judicialiter Coram praesenti Capitaneali
Castren. Lublinen. judicio Gnosus Stanislaus Konarszky
actor, Cum instigatore officii seu judicii praesentis
Contra infranominatum Cittatum iuxta Copiam Cit:
tacionis suae literalis tenoris talis.
Joannes Firley a Dabrowica Lublinen. Capitaneus
Tibi Nobili Joanni Grabionka de persona ac rebus
mobilibus vti impossessionato quoniam de possessione tua nul:
libi Constat. Vigore Regiae et nostrae Capitaneali qua
in hac parte fungimur authoritate, Mandamus
vt coram judicio nro Capitaneali Castren. Lublinen.
in terminis judicialibus in Castro Lublinen. fe:
ria secunda post festum Sancti Mathaei proxime
ventura cellebrandis velis comparere qui prius

post

post terminos praefixum cellebrabuntur Ad instantiam Insti:
gatoris officii seu iudicii nostri et Generosi Stanislai Ko:
narski, Generosi Joannis Konarski de Konary filii per:
sonaliter peremptorie Comparebis qui te uti Complicem
Nobilis Raphaelis Sedlinski cittat in vim tacti termini
ad standum pro eo quia tu una cum eodem principali tuo no:
veritus poenas Contra violatores pacis et securitatis
iudiciorum Tribunalitiorum tam iudicialiter quam iu:
risdictionis quae legibus Regni sancitae ac descriptae sunt
tempore nuper elapso videlicet feria secunda ante festum
Sancti Bartholomaei nuper praeterito, die tertia post Insti:
tutionem iudiciorum Tribunalitiorum et sub iurisditione
officii Castren Lublinen tanquam Brachii Regalis eidem
homini pacifico in foro Civitatis Lublinen eunti negotiaque
sua expedienti, violenter, innocenter, enormiter, ac cru:
deliter vulnera inflixisti, Et sic vulneratum semivivum
in foro eodem Civitatis Lublinensis reliquisti (prout pro:
testatio ratione praemissorum facta latius praemissa in se
continet ad quam se actor cum praesenti Cittatione in toto
refert, quo facto pacem et securitatem publicam tam iu:
diciorum Tribunalitiorum quam universalium sub iu:
risdictione Castren violasti, Cittaris itaque ad videndum
et audiendum poenas legum in Constitutionibus Regni
antiquis et recentioribus descriptas ex eo modo per te
demeritas in te extendi et alia quae excessus eiusmodi
requirit contra te sentenciari et exequi. Datum in Ca:
stro Lublinen feria sexta in vigilia festi Nativitatis Be:
atae Mariae Virginis proxima Anno Domini Millesimo Sex:
centesimo Duodecimo.

Et post propositionem suam modo praemisso factam, deducto
parti cittatae legitimo de termino, consertisque Cittationis
suae verificationibus petiit cittatum ad iudicialem responsionem
compelli, reservatis reservandis.

Pozwany zaś przez Slachetnego Mikołaia Lubkowskie:
go, zachowawszy wszystkie obrony wcale przeciwko
położeniu pozwu, do prawie samey występku żadnego
nie przyznawaiąc, y przeciwko stronie powodowey y to:
warzyszowi iego Pawłowi Złotowskiemu, oświadcza:
iąc się o nasłane szpiclakami podwarasz na gospodę
pozwanego, y Cancellaryi Trybunalski (w którey przez
Trybunał teraz w Lublinie pisał, gdy pozwany spraw
Trybunalskich wiedzieć pilnie ziszczenie dopisował,

y oso: